

Poex 1202

Poetae Latini recentiores.


Eccilius Valentinus.

Eccili Valentinus, Utroam prudenti
viro sit ducenda uxor? Carmen
sane elegantissimum.

Impr. Cracoviae per Hæc. Victorom

1514.

Biblioteka Jagiellońska.



I. d. 22.

POËTAE POLON.

N. 38.

I.d. 22.


V
B **C**
C
 4261
 CIMELIA

VIII. 3. 130



VTRVM PRVDENTI VIRO
SIT DVCENDA VXOR. CARMEN
sane elegantissimum, Illustri ac Magnifico. D.
Domino Alexio Thurzoni, &c. dicatū.
Valentino Ecchio Lendano
Rhetor Autore.

PAVLINVM DECRETVM.
 Καλὸν ἀνθρώπῳ, γυναῖκα μὴ ἀπείραστῃ, διὰ δὲ
 τὰς πορνείας, ἑκάστος τῆν ἑαυτοῦ γυναῖκα
 ἔχεται, καὶ ἑκάστου ἰδίου ἀνδρα ἔχεται.
 ἡλικίου ἑομινὶ μὴ ἔστιν ἰσοῦσθαι

ITEM SVPELLECTILIS FASCI-
culus, oppido eleganter eodem compositus


 Considera *Amia*



Ποσειδα 1302.

Cim. Gr. 4261.

ILLVSTRI ATQVE MAGNIFICO D. DOMINO ALEXIO
THVRZO NI de Bethlemfalua, Regaliū Cubiculariorū & Thaueruicorū
magistro &c. Domino suo obseruadijs. Valentinus Ecchius S. exoptat.

Socrates ille Atheniensis, grauisimus philosophus, qui primus relicta naturalium rerum indagacione, Ethicam adinuenit. Illustris atq; Magnificae domine Alexi Thurzo, interrogatus aliquādo an melius esset uxorem ducere nec neutrum horū respondit aegeris, poenitentia non carebis. Et id quidē sapiētissime, propter multiplicia quae ex utroq; instituto euenire solent incōmoda, qui enim iugales spernit facis solus sit & filijs carcat necesse est, qua re nil magis fugiendū esse homini censeo, quē naturam ipsi, in omnū rerum parentē ad soaetate creasse constat. Prima autē soaetas est, uxoris copulatio, quā si quis pro uoto nactus fuerit, habebit certe tutissimū uitae suae praesidiū, comitē indefessam, mirisimam iucundissimam, quae sibi ipsi deesse mallet q̄ uiro, hinc proles surgit gratissima patri, in cuius se uultu tanq̄ in speculo cognoscat, & quae tandē firmissimū paterna senectutis baculū & subleuamen se praebit. Quare non inmerito Phocylides monuit, non maneat sine nuptijs, ne sine nomine pereas, des aliquid naturae & ipse, gigne & tu rursus, sicuti genitus es. At mallet alij ab hoc se iugo subducere, q̄ in matrimonio molestia sit haud modica & sollicitudo, & q̄ foemineus sexus mita in se habeat fastidia. Illis ego Metellū respondere sinam, qui apud Gellū inquit. Si sine uxore possimus Quiritis esse, omnes ea molestia careremus, sed quoniam natura ita tradidit, ut nec cū illis satis cōmode, nec sine illis ullo modo uiui possit, saluti p̄petuae potius q̄ breui uoluptati consulendū est, & Varro in Manippea uitū coniugis aut tollendū est aut ferendū, qui tollit uitum, cōmodiorem coniugē praestat, q̄ fert, se ipsū efficiat meliorē. Hinc regressus ab Alabiade Socrates, cur Xantippen quā domi habebat acerbam non exigeret, inquit, quoniam quū illam domi talē perpehor, insuesco & exeracor quo foris petulantū inuiriā facilius ferā, & iterū illi dicenti, uxoris maledicentiā tollerandā esse minime, tu inquit, nomie toller as anseres clamore perstreperentes, illo annuente, quoniam mihi oua & pullos pariuunt, & mihi ait Xantippe filios gignit. Et profecto si uerū despicere uolumus matrimonium & dulcedine & amaritudine refertissimū esse deprehendemus. Hic quā illud probat, quidā improbat, alij suadet, alij dissuadent, & adeo anapiti sententia p̄ oim ora haec q̄stio, Vtrū uxor sit ducenda, uolitat, disaurrit, et arcuagitur, ut iā pleroseq; planē dubios reddiderit, iugalem ne an coelibē lectum eligant. Hinc quae mea de hac disceptatione sit sententiā, quū nuper Barthae à scholasticis paulisper semotus negotijs in otio degerē tumultuaria expressi camœna, quam tibi Illustris atq; magnificae domine Alexi Thurzo nuncupatum adscribendā ideo censi, quoniam te non modo literatorū uirorū, uerum etiā ipsarū literarū studiosissimū admiratorē esse iam pridē cognoui, ut pote qui non minorē ingenuis disciplinis q̄ erūnalibus tum priuatarū tum publicarū rerū negotijs operam diu noctūq; impendas, in quo ueteres ipsos & Romanos & Graecos imitatis parentes, quos summa eruditione & imperio simul memorabiles extitisse

historiae prodiderunt, qua re in uiris principibus nihil illustrius commendabiliusq; esse potest unq̄, nam quū omnes homines literatos esse pulchrum sit, certe in hijs qui aliqua dignitate aut honoris titulo praesulgent, longe est pulcherrimū, eō q̄ nullus est, ut Vegetius de re militari ait, quē oporteat, uel plura, uel meliora scire q̄ principem, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis. Sed ne tuarū uirtutū catalogum uidear colligere (quoniam tuarū laudum praeconia aliubi conscribere statui) uerbis finem imponā, ubi hoc unū tuam illustre magnifi. oro, ut istud minutulū & pusillū munus ab Ecchiolo (qui totus tuus est) hilari fronte suscipias, & nō donū, quod arte perexiguū est, sed donantis animū, qui in te q̄optime affectus est, perpendas, quū eni mihi uel per ingenoli foecundiatē, aut prosperū benignioris fortunae liaerit afflatum, maiori munere tuā Magnificentiā afficiā. Vale ex Cracouia, 6. Kal. Feb.

An. M. D. XVIII.

AN PRVDENTI VIRO SIT DUCENDA VXOR, VALENTINI Ecchij, ad Barthphanā iuuentutem, tumultuaria camœna. Illustri atq; Magnifico domino D. Alexio Thurzoni &c. nuncupatum adscripta.



Quod uitae sectetur iter miserabile uulgus
Sapientius ancipiti uoluerit mente solet.
Scilicet, innumeris q̄ uita humana periculis
Plena est, & dubio singula fine cadunt.

Humana uita dubia & instabilis.

Nec rata persistit quaeuis, sed dissidet ipsi,

Conditio, & uitae est flebile quoduis opus.

Hinc optata diu, nunc praesens, displicet omnis

Regula uiuendi, nec sua cuiq; placent.

Sed dubijs humana sibi mens obuia uotis

Pugnat, nec stabili permanet illa gradu.

Nascitur hinc anceps fallacis opinio uulgi,

Illam nec excussa est, quaestio trita fatis.

An sit prudenti coniunx ducenda Catoni,

Et iungenda suo foemina blanda thoro.

Hic probat, ille negat, nec abest sua cuiq; probandi

Causa, sed in dubia quaestio lite iacet.

Hinc mea de tantis quae sit sententia rixis

Exponam paucis, per breuibusq; modis.

Vtrum sit uxor ducenda.

At ij

Ad Barthe
phanā iuue
tutem Apo
strophe.

Tu modo Pegaseo gressu Bartphana iuuentus

Huc animi uotum concita flecte tuum.

Narrabo paucis, an sit ducenda Catoni

Vxor agenda an sit celibe uita thoro.

Vxor nō est
duenda.

In primis igitur dico fore turpe Catoni

Si sit iuncta suo fœmina pulchra thoro.

Coniugatus
amittit liber
tatem.

Nam nihil in trifido reperitur turpius orbe

Quam libertatem uendere merce leui.

Libertas.

Illa etenim stulte toto diuenditur ære.

Dignius hac quum nil sit, meliusq; simul

Ergo facit temere qui libertate relicta

Vxorem lecto flagrat habere suo.

Nam libertatem hunc constat diuendere, miscet

Qui sua perpetuo corpora capta thoro

Omnis ma
ritus seruus

Omnis enim domita pondus ceruice maritus

Fert, miseris humeris, perpetuumq; iugum.

Seruit, & ingratae furibundus semper amatae

Cogitur, & fesso corpore multa pati.

Mulierū fa
stidia.

Iam rabidas rixas, nunc iurgia dira, loquacem

Linguam, nunc nug as, murmura, probra, dolos,

Origenes

Hinc quidam sapiens describens, fœmina quid sit

Protulit hæc doctis paucula uerba labris.

Formina quid

Peccati caput est mulier, cacademonis arma,

Et paradisiaci pulsio tetra loci.

Delicti mater, ueteris corruptio legis.

Atq; omnis uitæ non male docta parens.

Quid sit mu
lier partim
ex solone.

Hîs addam, quid sit mulier, nam bestia certe est

Insaturata, sui cura maligna uiri.

Pugna frequens, hominis confusio, damnum

Perpetuum, sæuæ ianua prima necis.

Seductrix iuuenum, fortisq; rapina uirorum,

Et longæuorum mors peramara sentum.

Et supplementum Stygiæ paludis, honore

Vnica perniciës, perfidiæq; caput.

Diuitis absumptrix census, studiosa uoratrix

Omnium opum, Veneris relligiosa parens.

Naufragiumq; uiri, mœchandi uas, animalq;

Pessimum, & innumeri causa nephanda mali.

Maxima nugatrix, archani perfida custos,

Atq; sui chari sarcina magna uiri.

Hinc primus sapiens (q; uir, non fœmina, natus)

Fortunæ grates dicere suetus erat.

Et merito, quoniam nihil est abiectius illo

Sexu, nil peius, perfidiusq; simul.

Plura etenim ille in se fastidia continet, olim

Cecropius sensit quod grauitate senex.

In quem iactasset postq; conuitia multa

Xantippe, immundis sæua refudit aquis.

Euaq; primæuum quondam inconsulta maritum

Improbitate gulæ duxit ab Elysijs.

Atq; suo seros uitio scelerata nepotes

Infecit, morbos intulit atq; graues.

Insuper hædinis Iacobum pellibus ornans

Decepit cæcum fœmina uafra uirum.

Et fortem mulier Sansonem tradidit hosti.

Abrasit nudo uertice quando comas.

Corruit Aethæus non dignis miles in armis,

Vox ab alterius quando furore perit.

Concidit Aethæo Tyrinthus aggere fortis

Nessæam coniunx quum dedit ipsa togam.

A iij

Ex. 106.
Epist. Eneæ
Syluij.

Thales.

Socrates.

Gene. 27.

Iudium. 16.

ij. Regū. 11.
Vrias. Beth
sabe. David.

Deyanira.

Balides. Quinquaginta suos prima sub nocte maritos
Maclarunt Danaï pignora saeva ducis.
*Vxorū ma-
lita.* Obruor exemplis, uix est centesima quæq;
« Coniunx fida suo tempus in omne uiro,
Decipit hæc, ast illa necat, sed adulterat ista.
Est grauis ista, sed hæc uel leuis aut fatua.
Socrates. Omnis habet mulier, quod tu cōtemnere possis
Criminibusq; suis scēmina nulla caret.
Vxorem quamcumq; igitur selegeris ipse,
Inuadet pectus sedula cura tuum.
Vel tu deformē, uel pulchram corpore duces,
Vsq; tamen pectus sedula cura premet.
*Mulier des-
formis.
Pulchra.* Nam parit illa tibi despectū, hæc anxia corda.
Nemo metu gaudet, tædia nemo cupit.
Deformis facile cotemnitur, apta adamatur,
Nulla pudica diu scēmina pulchra manet.
*Formosa cō-
iunx.* Si formosa tibi sit coniunx, aduolat ille
Muneribus tentans, hic prece, & iste dolo.
Ille sua forma, procero corpore, membris
Candidulis, flauis crinibus, ore uafro.
Dices, tutus ero, posito custode; sed ipse
Si nescis custos inde timendus erit.
*Theophras-
tus.* Præterea haud prodest cuiq; custodia, namq;
*Vxor gra-
tis custodia
tur* Custodem non uult scēmina casta sibi,
*Danae.
Acrisij.* Illecebrosa potest nulla seruari arte,
Nam cadit in gremium pallida gutta Iouis.
Seruabis leuius rapido sub sydere Cancri
Muscas, & pulices, agmina uel uolucrum,
Quam colluctantem mulierem, nititur omnis
In uetitum mulier, atq; negata petit.

Hinc si quam duces, solatia parua, sed ingens
Curarum, Sapiens, pondus habebis, ait.
Seu tibi ducetur diues, seu pauper, habebis
Semper tormentum, suppliciumq; graue.
Imputat adductam dotem, censuq; superbos
Diues, & obiectat stemmata clara domus.
Intolerabilius quare nihil esse probatur.
Quod magis excruciet nocte dieq; uirum.
Sin uero uxorem despecta dote misellam
Duxeris, æterno tempore pauper eris.
Nec poteris turpi natos de forde leuare
Tradere uel digno pignora chara uiro.
Hinc labor æternus, sudorq; pennis, & ingens
Cura, die ac noctu non datur ulla quies.
Tu caueas igitur ne pulchram ducere tentes
Raro pudicitiam scēmina pulchra fouet,
Tu caue legitimo deformem iungere lecto
Displicet informis scēmina quæq; uiro.
Tu caue ne mulier tibi coniungatur opima,
Obicit illa, sui nobile stemma patris.
Tu caue ne tenui tibi censu forte misella
Obueniat requiem denegat illa tibi.
Ergo uxor diues, pauper, formosaq; turpis
Quæq; sit aut qualis est fugienda frequens,
Nam tibi uel sterilis, multa uel prole beata
Eueniet, pœnam reddet utrumq; tibi.
Nil steriles agri delectant, nudaq; rura,
Nil mulier dulci pignore lenta carens,
Insuper optato quanq; tibi sydere coniunx
Contingat, sobolis magna caterua simul.

Diogenes.

Vxor diues

Vxor paupe

Theophras-

*Vxor pul-
chra.
Vxor desor-
mis.*

*Vxor diues
Vxor paupe*

*Vxor nulla
duanda.*

*Vxor steris-
lis.*

*Vxor scē-
da.*

Te tamen usq; premet natorum cura tuorum,
 Nec tua pro uoto prospera cuncta cadunt.
 Filius in proprios nonnunq; multa parentes
 Commisit, nocuit sæpe propago patri,
 Testis adest soboles Luci tua spurcida Gelli.
 Impius Hortensem filius inq; patrem,
 Qu. Hortē. Illa. Hortē. Ille quidem charam uoluit macularre nouercam.
 Impius hic patri tempus in omne fuit
 Mitio The. Comicus hinc Mitio gaudet, se seq; beatum
 rentianus. Iactat, q; uiduo uixerit usq; thoro,
 Phoroneus. Germanoq; suo fertur dixisse Phoroneus
 rex. Si deesset coniunx, nil mihi deficeret.
 Leontius. Atq; Arius, trunco tria quo dispendia sese
 Arius. Nexuerant, uoluit uimen habere nouum.
 Pacanius. Illud ut excultos lætus plantaret in hortos,
 Hieronym. ad Ruffinū. Tam mala quo possent mala perire cito.
 Thales My. Inde Thales sapiens, instanti sepe parenti
 lesius. Vxorem iuuenis duceret ipse sibi,
 Abnuat, intempestiuum est quia tempore in illo
 Hæc eadem repetens quum foret ipse senex,
 Et Cynicus, iuueni non dum est ducenda, seniq;
 Diogenes. Nunquam diuino rettulit ore sophos,
 Sic tu siue senex sis, seu tibi lætior ætas
 Riserit, has omni tempore sperne faces,
 Atq; tuam uiduo uitam traducito lecto.
 Et refuge tantum tempus in omne iugum.
 Hactenus hæc, At iam merito palinodia uersu,
 Sic musæ suadent, est recinenda mihi,
 Ad Barth. Huc igitur (si forte uacat) Bartphana iuuentus
 phanā iuue. tute m Apo. strophe. Verte tuos gressus accelerante gradu.

Parte sub hac releges quæ te legisse iuuabunt
 Usq; adeo ut dices uxor amica ueni.
 Vxor amica ueni, lectum ingressura iugalem
 Tu præstare mihi gaudia sola potes
 Quid sic, mox dices, quum libertate carere
 Rettulerim, cui sit scemina iuncta thoro?
 Et fateor seruus, cui coniunx ducitur, ast hac
 Seruitute nihil, dulcius aut leuius,
 Vxor amica iugum leue reddit quodlibet omnis
 Quum tibi se totam dat, quoq; cuncta sua
 Te fessum curis fouet, amplexatur, amatq;
 Ipsaq; tristitiam pellere sola potest.
 Hinc tuus ac dulci si lectus sorte carebit
 Tristitia premeris tempus in omne graui.
 Nam nihil est homini iucundum, nil quoq; dulce
 Participem quando sentit abesse sibi,
 Est sociale animal homo percupidumq; sacrati
 Fœderis illius, quod parat almus amor.
 Hinc rerum omnipotens hominem natura creasse
 Creditur, ad socias dexteritate faces.
 Humani at prima est coniunctio fœderis, ut sit
 In primis uxor consocianda thoro.
 Quam si quis fuerit pro uoto nactus, habebit
 Perfugium tutum, præsidiumq; bonum,
 Hinc pater altitonans æterno fœdere iunxit
 Cum muliere marem, pectora bina simul,
 Et pia proliferi firmauit uincula lecti
 Legitimi statuit connubiq; faces.
 Quo nihil utilius, nil sanctius, aptius unquã
 Humanis poterat contribuisse uiris,

Vxor est da
anda.

Seruitus cõ
iugalis dul
cissima.

Non animal
sociale.)

Genesis. I.

Genesis. I.

Matrimonij
utilitas.

B

Hoc fidei templum est, cælestis gloria uitæ,
Machina uirtutum, terrigenumq; decus,
Humanos iusto sensus moderamine firmans,
Affectus hominum quod fouet atq; pios,
Cypriacos animos, furiosaq; pectora tollit,
Degeneres actus, fœdaq; corda mouet.

Mœcha.

Hinc si quæ dubijs fuerit uulgata maritis

Mœchus.

Fœmina, syluicolis est simulanda feris.

Turpis & a sacro est remouendus fœdere mœchus
Non etenim sancto est bestia digna thoro.

*Parthorum
connubia.*

Hinc uaga Parthorū damnant connubia leges

Quæ sunt innumera multiplicata nuru.

Hæc si quidem ritu rabidarum facta ferarum
Fœdant illicitas lege carente faces.

Fraternis siquidem thalamis dormire sorores
Matris & amplexu pignora chara solent.

*Perfarū con
nubia.*

Hinc Magus illicito conceptus semine, turpes
Perfarum ritus indicat, atq; faces.

Vnde nihil trifido reperitur turpius orbe,
Pignora q̄ certo non generata thoro,

Quam spurius nunq̄ pro auorum stemmate gaudet
Nulla Magusseï & iura parentis habet.

Connubium est igitur res libera, sancta, pudica,
Sobria, & atherei digna fauore Iouis.

Quam si quis spernit scortis scortator adhæret
Et maculat turpi corpora fœda luto.

*Tamam &
opes mere-
tricarius de
mittit.*

Insuper & nummos, & nomen nobile perdit,
Nec reuolaturas stultus abædit opes.

Postulat assidue meretrix, data parua uidentur
Munera, si non des, cogere ire foras.

Hinc odium, lites, & desperatio surgunt,
Et quicquid miseros excruciare solet.
Vxori ast quicq̄ si tu donaueris unquam,
Surgit amor, surgit gratia, paxq; fauor.
Hinc dulcis nimium fit propagatio prolis,
Et charæ sobolis magna caterua simul.
Et plures aliæ res, nec non commoda plura,
Quæ uix centena uoce referre queam.
Attamen, uxorem quisq̄ sibi ducere nollit,
Multa quod hinc sexus damna fouere solet.
Fœmina grata, suosimul & studiosa marito,
Nil retinet, quod tu spernere iure queas.
Lingua loquax mens subdola, cætera praua
Vxores prauas dedecorare solent.
Casta placet superis coniunx, placet atq; marito
Quem timet, atq; fouet, diligit, ornat, amat.
Pro quo uel Stygias cuperet descendere ad undas,
Pro quo nec sæuam spernat obire necem.
Ante draconigenas quū tactus fulmine Thebas
Dux caderet, coniunx corruit, ulta rogo,
Iulia, Pompei conspersam sanguine uestem
Allatam cernens, exanimata perit.
Fœmineos habitus Mithridatis deligit uxor
Per mare per terras consequiturq; uirum.
Indica defuncto mulier per chara marito,
Se necat, & sequitur fida ministra uirum.
Exitiumq; sibi stricto Lucretia ferro
Struxit, sicq; suam est ulta pudicitiam,
Thuria proscriptum gremio bene cælat amico,
Te tua Trinacria Lentule quærit humo.

*Euandæ.
Capaneus.*

*Iulia.
Pompeius.
Hypsicrates
Mithridates.*

*Indarū mus
lieres.*

Lucretia.

Thuria.

Sulputus. Trax puteo obruitur saxis, Timoclia sanctam
Lentulus. Quando pudicitiam protegit ipsa suam
Timoclia. Se iecit rapidos Aquilegia scemina fluctus
Mulier Aquilensis. Hostis ut effugeret barbara corda trucis,
Judith. 13. Iuditha quæ forti necuit cacadæmona dextra,
Olopher. Non passa est uiduum commaculare thorum
Tobie. 7. Thobia conunx q̄ casta & grata marito
Sara. Extiterit, nobis pagina sacra canit.
Mulier pulchra ducēda. Hæc formosa fuit, sed non communis, ad omni
Flore pudicitiaē condecorata nimis.
Et bene delituit formoso corpore uirtus,
Virtus scemineo digna nitore quidem.
Discedant igitur prohibent q̄ ducere pulchram
Quam pulchris adsit raro pudicitia,
Rhagodune. Portia pulchra fuit, Tanaquil, Calphurnia, Dido,
Penelope, & regis filia pulchra Cyri,
Attamen illarum caruerunt pectora labe,
Ornauit niueus candida membra pudor,
Non igitur timeas uxorem ducere pulchram
Mens bene formoso corpore pulchra later,
Deformis mulier. Deformis nulla est quæ ducitur, omnis amica
Pulchrior ætherea creditur esse dea.
Vxor diues. Vxor amata, licet Beroe sit turpior ipsa,
Attameu est Triuia gratior illa dea.
Diues nulla tibi spernenda est, diuite censu
Quæ uiget, est animo ditior inde suo,
Hinc amor, haud ulla rixas, opprobria, fastus
Admittit, semper sed maledicta fugit,
Vxor paup. Inferuire tibi studijs paupercula cunctis
Nititur, officium præstat ubiq̄ suum,

Quicqd agas, præsto est, mandas, mandata capeffit,
Sin prohibes, procul hinc accelerata fugit
Eidus amor nunq̄, miseram gustare senectam
Est uisus, redamat pectora fida deus.
Paruula res crescit concordî in amore, nec unq̄
Concordes mœstam competiere stipem,
Quid dubitas igitur cuiusuis ducere sortis
Vxorem, & sacrum lentus inire thorum,
In quo nil mœstum, nihil & lachrymabile cernes
In quem descendas Iuppiter ipse iubet,
Iussa Iouis, nemo sapiens contemnere tentat,
Es sapiens, sacrum lætus adito iugum,
Sed dices iterum, mulierum incommoda multa
Dicuntur, sapiens quæ negat ipse pati.
Vxorum fateor fastidia multa malarum
Sunt, sed condecorant cōmoda plura bonas.
Clarum si quidem uirtutum insignia cuncta
Fœmineas mentes condecorasse lego.
Namq̄ pudicitia (placet hinc insumere laudes)
Fœmineum coluit religionē decus.
Testis adest Hippo pelago notissima rubro,
Veliuolo mergens corpora casta mari,
Et dea Cretensis, fugiens Minoa salacem
Et mersit tumidis membra pudica uadis,
Deccepit formosa deum Cassandra, pudicum
Cypriaco indignans cor maculare dolo,
Et germana cohors Marij durissima corda
Cernens, obstrinxit guttura casta sibi,
Quid referam ualido suffultas robore mentes,
Ridentes sortis iura nephanda trucis.

B ij

Amor fidus.

Gene. I.

Mulierum
laus.

A pudicitia.

Hippo græ.

Brito Creta
ensis,
Cassandra,
Troiana,
Apollo,
Trecete scemina
Cymbriaca,
A fortitudine
laus.

Arpalix Thraca patrem mulier captiuū animosa Lycurgū
 Assumptis armis fortiter eripuit.
 Chœlia por Chœlia prærupti traiecit Tybridis undas
 senæ obfes. Solueret ut presso patria colla iugo
 Portia. Emathis postq̄ cecidisset Brutus in aruis
 Brutus. Imbibit ardentes Portia mœsta faces.
 A libertate Quid pietatis opus, uiarum quid pectora larga
 & pietate Ennumerem, atq; pias munificasq; manus.
 laus. Relliquias cladis Canensis diuite censu
 Birsā. Appula narratur Birsā aluisse, domo
 Antigona, Oedipoden, cæcum, propulsum, filia duxit
 Et pietatis opus præstitit usq; patri.
 A literarum Quid plura, ingenio, doctrina, atq; arte nitent
 perita laus. Fœmineum uiguit tempus in omne genus.
 Nicosirota. Nicostrata dedit nobis elementa, Minerua
 Minerua. Texturam, numeros, uellera, rura Ceres.
 Ceres. Et trifidi nobis signauit climata mundi
 Asia. Fœmīueus sexus, nomina clara ferens,
 Aphrica. Hinc nemo ignorat præclara poemata Sapphus
 Europa. Sappho. Et consutricis scripta aliena Probæ.
 Proba Fala conia. Socratici Aspasiam multum coluere q̄ esset
 Aspasia. Eloquio excelens, nobilis arte simul.
 Cornelia. Extat & in scriptis Cornelia docta latinis
 Cassandra. Cassandram Veneti percoluere patres,
 Veneta. Prætereo modicos gustus, mentesq; modestas
 A temperātia, modestia māsuētudine ueritate, fide & iustitia laus. Mansuetos animos, pectora fida simul.
 Iusticiam, & casti præclarum cordis amorem,
 Fœmineū splendent cum quibus usq; genus.
 Non ergo est quicq̄ cur tu contemnere possis
 Hunc sexum, sacras connubiq; faces.

Has si quidem iusto persuadent dogmate leges
 Et prohibent uiduū iura sacrata thorum,
 Et merito quoniam si connubialia sacra
 Sperneret humanum rusticitate genus.
 Quis nescit, modico mortalem tempore gentem
 Lapsuram, & uacuis cuncta nitere plagis
 Connubium terris, habitatores & olympo
 Confert, inde homini perplacet atq; deo.
 Insuper hinc & honor, nec non pgrata uoluptas
 Surgit, perdoctis uix referenda modis
 Præclaris igitur cunctis uirtutibus, atq;
 Fructibus omissis, utilitate simul.
 Dico prudenti q̄ sit ducenda Catoni
 Vxor, & in sacro membra locanda thoro.
 Hæc super uxorem connubia sacra, facesq;
 Decantanda habui maxime Thurzo tibi.
 Quæ rogo perplacida dextra/uultuq; sereno
 Accipito, Ecchioli sis memor atq; tui.
 Qui postq̄ musæ dabitur fœcundior aura
 In laudes scribet carmina plura tuas.
 At iam Thurzo uale longam uicture senectam,
 Atq; addas titulis nomina clara tuis,
 FINIS.

Coniugij uti
litates.

Conclusio.

apostrophe
ad dominū
Alexium
Thurzonē.





Tales Milesius, inter septem illos quos Graecia sapientes commemorat, si Apuleio fidem damus, praecipuus, cui aureus tripos ex oraculi praescripto datus est illustris ac Magnificae domine Alexij Thurzo, dicitur solebat, illum esse felicem, qui corpore ualeret, fortuna locuples, animoq; non ignauus esset. Existimans nimirum hijs tribus indissolubiler coniunctis, humanam constare beatitudinem, & id quidem rectissime. Licet enim ut Solonis habet sententia, ante extremum diem beatus diu debeat nemo. Felix tamen ille, & nominari & haberi iure debet, cui praedicta bona iuando arripserint uultu. Nam quum omnium rerum operumque plenitudo ipsa sit felicitas, ut diuo placet Augustino, nescio an adhuc maior aliquid homo ipse, penes quem haec bona sunt, exoptare possit, quam illis constet, & ad unguem perficiatur. Ex animo enim & corpore compactus est, utriusque ergo dotatus bonus si fuerit, felix est, quum nihil quod optare debeat, aut possit, ei deficiat. Te igitur Magnificae domine felicem meritisimo iure existimo, cui parens omnium deus, eam corporis ualitudinem dedit, cui nec artus uegetiores, nec membra uel firmiora uel formosiora, aut reliqua prima natura, ueluti Carneades ipsa appellare consuevit, praestantiora appetere licet. Nam si regulatissima tui corporis respiciamus membra, nec Troiano Paride, nec Macedonum rege Alexandro te inferiorem esse reperimus. Sin uero multiplicata uiuae tuae uirtutis decora, quae felicem animum tuum exornant, excolunt & uenustant, consideramus inuenimus te Demostheni facundia, Nestore prudentia, Pompeio affabilitate, Cyro liberalitate, Caluo sanctitate, & Numa religione non inferiorem. Es siquidem chorom omnium uirtutum stipatissimus & usque adeo clarus ut omnibus ex aequo reuerenter sis et suspiciendus & amandus. Hinc ego inter tuos clientulos numeramus, tantis tuis uirtutibus exatatus, tuam Magnificam praestantiam uenerari ardentissime gestio, at desunt mihi praecleara munera, desunt & opes. Offero ergo quoptime in tua excellentia affectam habeo uoluntatem, & apertum mentis indiciam hoc minutulo atque pusillo carmine, super domestica supellectilia istis diebus a nobis proferanti editione composito, pie manifesto tuae modestiae & moderationi eius tenuitate humiliter submittens, qui ex sublimi multarum dignitatum solio, humilia etiam respicere non dedignaris, ueluti immortales dii quos (ut cum Plinio loquar) aenimus, non tam acuratis quandoque adorantibus, quam innocentia & sanctitate laetari, gratioreque existimari, quam delubris eorum puram castamque mentem, quam qui meditatam aliquod carmen intulerit. Accipe ergo Magnificae domine Alexij Thurzo hilari uultu hoc pusillum a tuo clientulo munitissimum, quod si tuae magnificentiae placuisse cognouero ad maiora meditanda animum intendam. Vale omnium nobilitat procerumque decus & ornamentum. Ex Barypha duodecimo Kal. Iulij.

Anno ab orbe redempto. M. D. XXIII,

SUPELLECTILIVM FASCICVLVS PER
per eundem Valentinum Ecchium compositus.

AD DOMINVM ALEXIVM THVRZONEM



Quae sup uxorum connubia sacra, facesque
Dictaui nuper maxime Thurzo tibi.
Excepit magno iuuenum turba iclita plau
Et gaudet tales se retinere iocos. (su)
An dubitat tibi ne maiores uel mihi grates
Debeat, ob tenuis scripta pusilla lyrae.
Scilicet illa tuumque sint conscripta fauorem,
Ingenio & gracili concelebrata meo.
Hinc utrumque putat condignum laude perhenni,
Ambigit at cui sit maior habendus honor.
Seu tibi siue mihi, quae tu sis carminis huius
Causa, sed effectus sum fabricator ego.
At nunc Thurzo potens cesset dubitare necesse est,
Quum uidet haec iterum scripta dicata tibi.
Namque tuo auspicio sunt haec quoque condita nuper,
In lucem data sunt sumptibus atque tuis,
Si tibi sublimes fabricantur sumptibus aedes,
Illustres arces, oppida, castra, domus,
Hinc opifex minimum semper fortitur honorem
Sit licet ingenio maximus ille suo.
Seu formet lapides, cementum, ligna, trabesue,
Aut fabricam quicquid condecorare solet.
Nemo ait arx haec est fabri huius, quae faber illam
Struxerit, ingenio fecerit atque suo.
Illius at, cuius fabricata est sumptibus, hinc te,
Non me, condecorant pauca scripta mea.

C

Foeniculum, redolens & hyssopus, ruta, sinapis,
Plena sinapæo uasa liquore simul,
Et raphanus, lactuca, noua confectio fruge,
Gallus, galinæ rauea columba, capus,
Atq; ferina caro, perdix, ceruus, phasianus,
Vrsus, ibix, dorcæ, turdus, oryxq; lepus.
Balnei utensilia.
Cinnama, cūq; croco piper, ouaq; pollen acerbum,
Zinciber, & butyrum, lac, quoq; pinguis adeps.
Abdomen, lardum, farcimen, perna, botellus,
Et quæ uix longa uoce referre queam.
Nunc præpingue penu linquam, ne fordida forsan
Pinguedo Tyrios polluat ipsa sinus.
Intrabo calidis feruentia balnea lymphis
Et pingues tepido fonte lauabo sinus.
Illic nam puræ longo stant ordine lymphæ,
Lixiuum urceolusq; amphora, tinna, scapha,
Pileus agrestis contextus stramine, pecten,
Pumex, & strigiles, castula, smigma, latex.
Spongia, linthæolum, lumbare, nouacula, barbam
Squalentem pulchre radere ut ipse queas.
Hæc, & plura quidem, decorant tua balnea, sed me
Ignitus prohibet plura referre calor.
Arescunt fauces, sitit os, calet undiq; corpus,
Ceus quis in Aethæo uiscera monte premat.
Frigida festinans apothecæ claustra subintro,
Ut potem suauis dulcia uina cado.
Atq; sitim stringam, melius quo cætera possim
Dicere, quæ madido sunt modo grata penu.
Multiplici in primis cellaria plena liquore
Exudent, adsint dulcia uina tibi.

Quæ uel Creta parit, uel Chia, aut alta Vesuei
Arbusta, aut Rheni saxea rura uagi,
Vel quæ Campanus mustoso colle Phalernus
Dat, uel in Huniacis Syrmia rura plagis,
Et Zythus, dulcis potus, cereuisia Gallis
Dicta, q; a Cereris nomina fruge trahat.
Insuper ad mensam bellaria grata secundam,
Cotana, cum cerasis, prunaq; ficus item.
Instrumenta simul uasorum, clepsydra, canna,
Atq; amicinum, uter, fistula, scala, proba.
Tinna, lagena, diota, cadus, tum cymbia, funis,
Vrnula, uasillum, dolia plena mero.
Cætera prætereo, nam dulcia uina referre
Plura uetant, ab eo hinc atq; cubile petam.
Ebria molliculis prosternam corpora plumis,
Ut graue despumet uina phalerna caput.
Illic clauduntur plumata toralia, lodex,
Stragula, puluinar, culcitra, cento, sagum,
Tomentum, lectica, thorus, cervical, & arca
Arcula, plumatum, cista, grabatus item.
Præterea firmis res quæ retinentur in arcis,
Chlamys, pileolus, uittaq; rheno, toga,
Diplois, & tunicæ tibiale, subucula, pera,
Cingula, cum oculis, are crumena tumens,
Pannus, aluta, schedæ, corium, marsupia, libri,
Atq; metalliferis uasa recisa typis.
Hæc linquo, & breuiter referam utensilia trita,
E locuplete queunt quæ nec abesse domo.
Ligna, trabes, rami, trunci, sarmenta, securis,
Et durus cuneus, lignea claua, ligo.

Cereuisia uix dura.

*Dormitorij
supellex.*

*Dormis Vasa
Trita.*

Vetriculum, colus, & fufus, girgillus, & ulna,
Cum filo forfer, hinc digitale, & acus.
Hasta, ensis, clipeus, galea, & lorica, bipennis;
Tela, pharetra, arcus, pila, sagitta tuba.
Bombarda, & cuspis, cristæ, balistaq; gesa,
Et miseros homines quæ cruciare solent.
Cætera prætereo, ceu sunt commertia, merces,
Et decet artificum quicquid habere manus.
Insuper obticeo cultos quod spectat ad hortos,
Iumentum & quicquid postulat usq; tuum.
Narrabo potius misero quæ sæpe marito
Absumunt sensus, consiliumq; simul.
Nupsit, & in gremium descendit forsan amicum,
Hinc onere immodico uiscera fœta tument.
Languet inops uxor, miseram & lenitio torquet,
Torpet, & inflato turgida uentre dolet.
Edendi diuersa illi consurgit orexis,
Nunc has nunc illas flagrat habere dapes.
Fœcundo & postq; turgens est proxima partu,
Pondera uultq; alui ponere magna futi.
Obstetrix quaerenda tibi est, quæ pignora uentre
Dissoluat grauido, subsidiumq; ferat.
Compater & populo tibi discernendus in omni
Quem laudi generi noueris esse tuo.
Vtq; renascatur sacris baptismatos undis
Infans, fac citius templa sacrata petas.
Inde puerperium quos sumptus pende requirat,
Infanti cura & quæ sit habenda nouo.
Fascioli, cunis, puluinis, indiget ipse,
Et quæ uix longa uoce referre queam,

De puerpe-
rio,

Obstetrix.

Compater

Ergo hic sisto gradum, nam singula carmine si quis,
Quæ restant, studeat connumerare suo.
Ille uagi tentet splendentia sydera cœli
In numerum certum uoce referre sua.
Sistimus ergo pedem, placido & sub littore puppim
Figimus, hanc requiem Thurzo faueto mihi.
Quum tranquilla quies dabitur te Thurzo patrono,
Scribam Threycijs carmina digna lyris.
Me modo Grineus pannosum spernit Apollo A
Et uarius prohibet plura referre labor.
Viue igitur pylios carissime thurzo per annos P
Ecchioli & famuli sis memor oro tui,
FINIS

Ornatissimo uiro Valentino Ecchio. Matthias Pyrserius S. D.

Nuper quum post seria studia, animi gratia (ut fit) congerrones meos
adirem, Ornatiss. Ecchi. Eæ inter compotandum orta est quæstio ambi-
gua quidẽ, sed doctis, ut mihi uidebatur, nõ indigna. s. de ducẽda uxore. Quidã
dictis, pariter & exemplis (quorum maxima est copia) sapienti uiro coniugio
abstinendum esse pertinacissime asseuerabant. Quandoquidem ouδẽv γυυατ
κός χείρον, ου δẽ τῆς καλῆς ἡ. Ego uero, ut soleo ac uere sentio, omnia cõtra,
& probare & laudare matrimoniũ non sum ueritus. Nempe qd ipsum deus
instituit, natura sanxit, ratio ipsa suadet, diuina simul et humane literæ laudãt,
leges iubent, omnium gentiũ cõsensus approbat, ac deniq; Christus Op: Max:
sui ipsius præsentia illustrauit. Qui Matth: 19 discipulis suis, matrimonium
homini contrahere non expedire affirmantibus, dixit. Non omnes esse capaces
huius dicti, sed eos, quibus datũ esset. Cuiq; hæc & huiusmodi multa, ultrò, a
troq; confabularemur. Protulit unus, de eadem quæstione, libellũ à te olim con-
scriptum. Hunc ubi uidi, legi, & placuit, non tam ob elegantiam, quã ως ἀπὸ
κούς πέμ. ρ. α. σ. ι. i. afficbar, quã quod literatorũ Mœcænat̃ Maximo, Ill: &
Mag: Alexio Thurzoni esset dicatus. Visu est itaq; eũ iterũ sub incaudẽ mittere,
& melioribus characteribus exprimere, Tu mi Ecchi operã nostrã boni consue-
les, ac Valebis, Pyrseriumq; patrono tuo commendare, ubi licbit, nõ dedigna-
re. Cracouiẽ 15 Aprilis. Anno. M. D. XX IIII.

Impressum Cracouiẽ per Hieronymum Victorem. Anno.

M. D. XIIIII.

1524

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



